

64 FRAN. PETRARCH.

FRANCISCI PE-

TRARCHÆ V. C. RE-

RVM MEMORAN-

DARVM, HIC Q. DEDICAB

LIBER II.

DE MEMORIA.

Cap. I.



Ngredienti mihi quidem  
reuerenter, velut religiosi  
cuiuspiam templi fores;  
primogenita sororum oc-  
currit in limine, ea est Pru  
dentia, quæ nibil est aliud (vt à M. Tul-  
lio diffinitur) nisi rerum bonarum & ma-  
larum scientia: Sine quæ vt Philosophis  
placet) ne dicam haberi, sed ne intelligi  
penitus vlla virtus potest, hæc posset mi-  
nutius, sed trifariam breuissima partitio-  
ne deducitur in præteriorum memo-  
riam, præsentium intelligentiam, & pro-  
uidentiam futurorum: Et quoniam per  
partes commodissimè omnis tractatus  
absoluitur à Memoria quidem, simul-  
que cum virtutum prima ab homine  
quodam ingenti principe initium, repe-  
tendum est.

IVLIS